

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)	zu Bild Nr. 0989
	0987
	0993
	0983
416	
dicens, locum illum insecurum et frequentibus incursum Ara- bum formidulosum. Et ita custodes diligentes posuimus et dormire incepimus nec aliquam inquietudinem passi sumus, quamvis in terribili loco essemus.	0998
	0978
	1038
De periculo tempestatum in arena.	0938
Tertia decima die transacta media nocte surreximus et dejectis tentoriis ac involutis et rebus bestiis impositis a de- serto Gayan recessimus. Statim autem ad montem arenosum venimus, quem cum difficultate ascendimus, quia noviter per ventum tempestuosum illuc fuit translatus, et nondum erat arena bene condensata et bestiae incidebant sicut in profunda nive. Insuper ventus in praesentiarum flans sub pedibus no- stris arenam tulit et montem iterum deportare et transferre ad locum alium institit, et ipsum jugum, in quo processimus, ad horam continue defluxit, sicut aqua agitante vento, nec va- luimus ab alia parte in torrentem descendere propter defluen- tem arenam, ne in tempestatem veniremus. Magis enim in illis terrulis, quam in ullo mari naufragium patiuntur, qui in arena- rum tempestatem venerint. Tandem autem, sicut oportebat, in vallem descendimus non sine arenae molestia, qua profusi fuimus, cuius profusio in centuplo nobis fuit molestior, quam quantacunque abundantia pluviae. Cum in vallem venissemus, per jam injectam arenam descendimus. Erat autem vallis stricta, cincta ab utraque parte montibus arenosis, et si, quod clementia divina nos tuta avertit, facti fuissent venti contra- rii, ab utraque parte arena in vallem defluxisset, et nos usque ad suffocationis pericula coangustasset intolorabilis tempestas, prout saepe perambulantibus desertum in locis istis contingere solet. Repente ergo recurvam vallem processimus et in unum magnum torrentem venimus, quem Arabes nominabant Wadalar. Hic torrens, ut vestigia patentia ostendebant, suo tempore re- dundat aquis, quas per suum alveum transmittit in mare magnum, quia directe od plagam vergebant maris. Montes hunc torrentem cingentes non erant arenosi, sed petrosi, unde in suo fundo fruteta, arbusta et herbae erant; inter herbas autem alias quae- dam erat, quae da sua radice multos ramculos emittebat,	1088
	0888
	0488
	Ende
	Anfang